UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Timotheo Lectori. 146.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

ἡ σὲ παροῦσα κάκωσις, καὶ τῶν ὀρέξεων στένωσιν, τὴν μέλλουσαν τῶν ἀγαθῶν ἑτοιμάζει ἀπόλαυσιν.

Μάρωνι. ρμε.

Εἰ καὶ τὴν ἱερωσύνην περιδρομῇ καὶ χρημάτων ἥρπασας ὁλκῇ, λαθὼν τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἀβλεπτοῦντας πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ μὴ καὶ τὴν μέλλουσαν οὕτω νομίσῃς λανθάνειν ἀνταπόδοσιν. οὔτε γὰρ θαυματουργία εἰς ὄνομα χριστοῦ γινομένη παρά τινων, οὔτε δαιμόνων ἐπιτίμησις, οὔτε δυνάμεων ἐνέργεια πολλῶν, ἐξελέσθαι τῆς φοβερᾶς φλογὸς τοὺς ὑπευθύνους αὐτῆς δυνήσεται. εἰ δὲ φαίη τις. τί οὖν συνεχώρει ὁ θεὸς τοῖς ἀναξίοις τὰ θαύματα, φαίην ἐγώ, ὅτι διὰ τὴν δόξαν οἰκείου ὀνόματος ἐπλήρου τὰς θεοσημείας ὁ κύριος, καὶ τὰς δαιμόνων κωλύων ἐπιβουλάς, καὶ ὁδὸν τῷ εὐαγγελίῳ ὁμαλίζων ἀπρόσκοπον. ἅπερ ἀμφότερα κατάκρισιν οἴσει τοῖς ἀγνώμοσι μείζονα, ὅτι τοσαύτης παρὰ θεοῦ τυχόντες δυνάμεως τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν ἑκουσίως ἠγνόησαν, τοὺς μὲν δαίμονας καὶ τὰ πάθη ἐπικλήσει χριστοῦ θεραπεύοντας, ἀχάριστοι δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐλεγχόμενοι. οἱ γὰρ πονηροὶ καὶ παγχάλεποι δαίμονες εὐπειθέστεροι τούτων γεγόνασι, καὶ δειλιάσαντες τοῦ κυρίου τὸ ὄνομα, καὶ σὺν τάχει πολλῷ δραπετεύσαντες. ὅθεν τοῖς ἄφυκτος ἠπείληται κόλασις, ἀποχωρεῖτε ἀπ᾽ ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας ἀκούουσιν.

Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ. ρμϛ.

Καλῶς ἐρευνᾷς τὰς γραφὰς ὁ τῶν τιμίων ἔμπορος μαργαριτῶν. καὶ συντόμως ἐρῶ τοῦτο ὃ ζητεῖς. τούτου χάριν τὸ δῶρον προσενεγκεῖν ὁ λεπρὸς ἐκελεύετο, ὅπερ ὁ νόμος προσέταξεν, ἵνα δειχθῇ τῶν δύο διαθηκῶν ἡ ὁμόνοια· καὶ ὅτι ὁ νῦν τὴν ἴασιν ἐργασάμενος, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν νόμον ἐνθέμενος.

afflictio, & cupiditatum compreſſio futurorum bonorum fructum atque oblectamentum parat.

Maroni. 145.

Etſi concurſatione ac pecuniarum mole Sacerdotium rapuiſti, homines, vtpote ad veritatem cæcutientes, fallens: at non item eſt quòd putes te futuram retributionem latere poſſe. Nam nec miraculum in Chriſti nomine à quibuſdam editum, nec *Act. 19.*
dæmonum obiurgatio, nec virtutum multarum operatio, exhorrenda flamma eos, *Matth. 7.*
qui huic obnoxij erunt, extrahere poterit. Quòd ſi quis dicat, cur ergò Deus edendorum miraculorum poteſtatem indignis hominibus faciebat? reſponderim ego: Quoniam Dominus ad conciliandam nomini ſuo gloriam diuina ſigna perpetrabat, tum vt dæmonum inſidias prohiberet, tum vt planam & inoffenſam Euangelio viam muniret; Quorum vtrumque grauiorem ingratis hominibus pœnam afferet, quòd videlicet tantam à Deo potentiam conſecuti, bonorum datorem ſponte ſua ignorarunt: dæmones nimirum eiicientes, ac morbos inuocato Chriſti nomine profligantes, ingratitudinis autem ab ipſis conuicti. Siquidem improbi ac ſæuiſſimi dæmones obſequentiores, quàm iſti, ſe præbuerunt, vt qui Domini nomen pertimuerint, ac quàm celerrimè in fugã ſe dederint. Quamobrem ipſis ineuitabile ſupplicium denunciatum eſt, illud nempè à Chriſto audietibus, Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos. *Matth. 7.*

Cur Deus improbis miraculorum gratiam concedat.

Timotheo Lectori. 146.

Scripturas pulchrè ſcrutaris, ô eximiarum margaritarum mercator. Ac paucis, quod quæris, expediam. Eam ob cauſam leproſus munus lege indictum offerre iubebatur, vt vtriuſque teſtamenti concordia demonſtraretur: quódque is, qui nunc morbum depulit, idem ipſe eſt, qui legem quoque impoſuit.

Ioan. 5. Matt. 13. Matt. 8.

Cur leproſus munus offerre iuberetur.